



# DE LUCIANO ΦΙΛΟΜΗΡΩΙ

SCRIPSIT

A. JOOST.



WISSENSCHAFTLICHE ABHANDLUNG


FÜR


DAS OSTERPROGRAMM

DES

STÄDTISCHEN PROGYNASII ZU LÖTZEN

1883.





Si quis quemlibet librorum, qui Luciani nomen ferunt, evolvet, vix ullum reperiet, in quo non Homeri vel nomen exstet vel de poesi iudicium fiat vel ipsius versus, versuum particulae, voces singulares afferantur vel res in illius carminibus narratae tangantur. Erat enim Lucianus non solum sui temporis contemptor atque derisor, verum etiam, ut Flacci verbis (a. p. 173) utar, „laudator temporis acti“. Quod Bonitz. dicit (Über den Ursprung der Homer. Ged. Wien 1881<sup>5</sup> p. 40), permagnum fuisse numerum versuum Homericorum in Aristotelis scriptis, idem cum ad alios libros Graecos, tum potissimum ad Lucianeos ut vix ullos ad alios pertinet.

Atque ego quidem cum id animadverterem Luciani scripta primis labris, ut aiunt, degustans, operaे pretium esse arbitratus, omnes locos, e quibus, quae fuerint studia Luciani Homerica, cognoscitur, congerere, ut posset intellegi, quales quamque paene innumerae inter Homerum Lucianumque intercederent rationes, omnes, qui Luciani sub nomine feruntur, libros non semel hercle perlegi floresque Homericos ex iis decerpsi secutus Ameisii consilium, qui iuvenes philologiae addictos de studiis Homericis Aeschyli, Sophoclis, Euripidis agere malle iubet, quam equo admisso per prata Homerica rhapsodias excitare et agitare (ed. Odyss. II<sup>2</sup> p. VI sq.), ut cognoscatur, quid sibi velit Aeschyli illud *τεμάχη τῶν Ὀμήρου μεγάλον δείπνων* (Athen. 8, 39). Cuius rei quam illustre exemplum posuit Maximilianus Sengebusch in dissertatione Homerica priore editioni Iliadis Dindorfiana praemissa!

Manat enim ab Homerica poesi, sole illo poeseos Graecae, lux ad posterorum scriptorum opera radiique eius illustrant labentis iam aevi scripta, quoque quis propius ad litteras Graecas accessit, eo saepius in libris eius vestigia inveniuntur Homeri, revera „fontis perennis“, ut ait Ovidius (amor. III, 9, 25, quem vs. citat Lauer Gesch. d. Hom. Poesie. Berl. 1851 p. 23).

Sed ad Lucianum redeo, qui quantopere vetustiorum temporum scriptores admiratus sit, cum aliis locis tum in libro, qui Lexiphanes inscribitur, ipse dicit: cf. locos a Sbrdtio<sup>1)</sup> (I<sup>2</sup> p. XXV) allatos, cp. 22 εἴπερ ἄρ' ἐθέλεις ὡς ἀληθῶς ἐπαινεῖσθαι ἐπὶ λόγοις καν̄ ιοῖς πλήθεσιν εὐδοκιμεῖν, τὰ μὲν τοιαῦτα πάντα φεῦγε καὶ ἀποτρέπον, ἀρξάμενος δὲ ἀπὸ τῶν ἀρίστων ποιητῶν καὶ ὑπὸ διδασκάλοις αὐτοὺς ἀναγνοὺς μέτιθι ἐπὶ τοὺς δῆτορας καὶ τῇ ἐκείνων φωνῇ συντραφεὶς ἐπὶ τὰ Θουκυδίδον καὶ Πλάτωνος ἐν καιρῷ μέτιθι, πολλὰ καὶ τῇ καλῇ κωμῳδίᾳ καὶ τῇ σεμνῇ τραγῳδίᾳ ἐγγεγνυμασμένος παρὰ γὰρ τούτων ἀπαντα τὰ κάλλιστα ἀπανθισάμενος ἔσῃ τις ἐν λόγοις —, cp. 23: — ζηλοῦν δὲ τὰ ἀρχαιότατα τῶν παραδειγμάτων. Ac multum profecto valuit ea antiquitatis admiratio ad leporem sermonis

<sup>1)</sup> Compendiis scripturae usus sum hisce: Sbrdt. = Ausgewählte Schriften des Lucian, erkl. von J. Sommerbrodt I<sup>2</sup> 1872, II<sup>3</sup> 1869, III<sup>2</sup> 1878. — Fr. = Lucianus Samosatensis Franciscus Fritzschus recensuit. 3 voll. Rostochii 1860—82. — Wiel. = Lucians von Samosata sämtliche Werke — von C. M. Wieland. 6 voll. 1788. 89. — Z. = Ziegeler. V. p. 2. Praeterea editione Dindorfiana (Ddf.) usus sum.

Lucianei efficiendum (l. l. *μάλιστα δὲ χάρισι καὶ σαφηνείᾳ θῦε*) reque vera Lucianus „eam perfectissimam μεσότητα“ assecutus est, cuius „exemplum sumnum atque auctorem primum Homerum exstissem contendit Dion. Hal. de compos. verbor. c. 24.“ (Sengeb. Hom. diss. I. p. 121). Sane Lucianus deis illudens, quaecunque eis vitio vertit, ex Homeri carminibus deprompsit. Sed id non impedivit, quominus poetam Homerum unice diligeret, „qui, quid sit pulchrum, quid turpe, quid utile, quid non, planius ac melius Chrysippo et Crantore dicit“ (cf. Lauer l. l. p. 16 sq.).

Ac ne quis miretur, quanam de causa rem bis tractatam, primum ab Ernesto Ziegeler in dissertatione, quae „de Luciano poetarum iudice et imitatore“ inscribitur (Gotting. 1872), iterum ab Ottone Buchwald (Homer in Lucians Schriften, progr. gymn. Gorlic. a. 1874), retractandam susceperim, pauca mihi de illis dissertationibus praemittenda videntur. Ille enim postquam duabus fere paginis ea absolvit, quae dicenda ei videntur de iudicio, quod habuerit Lucianus de Homero, versus Homericos ab Luciano aut citatos aut in prosam orationem solutos aut in parodiam detortos „quanta potuisse assiduitate“ ita collegit, ut pauca de suo apponenter. Sed ex his collectaneis neque quales neque quam multae vel potius innumerae inter Lucianum Homerumque fuerint rationes cerni potest. Primum enim, ut videbimus, nonnulli apud eum inveniuntur errores, alia eum fugerunt. Quid? quod rerum, personarum, vocum singularium Homericarum haud ita paucarum mentionem non fecit? Opus suum nimirum finibus circumscrispsit latioribus.

Alter mihi non magis quam ille fontem, qui ex ea quaestione tractanda redundat, uberrimum exhausisse ac ne voluisse quidem hoc facere videtur. Accedit, quod tota fere dissertatione non de ea, quae inter Homerum Lucianumque intercederet, ratione egit, sed de eo, quod Lucianus de veteribus Graecorum fabulis deorumque opinione haberet iudicio; aliud autem esse illudere veterum deorum religioni, aliud maledicere poetae, qui illas fabulas memoriae prodidit, qui non intellegat, nemo est. Denique cum facere non possit, quin Lucianum permultis locis Homerum laudibus extulisse fateatur, in extrema dissertationis pagina Lucianum quasi Proteum quendam de Homero modo pessime modo optime iudicare dicit. Sed ut equidem sentio, Lucianus de Homero, poetarum principe, unum idemque semper habuit iudicium neque unquam a se ipse descivit. Tacebo in hac parte dissertationis meae de libro, qui περὶ θυσιῶν inscribitur, quem qui scripsit a Buchwaldio quasi testis quidam summa fide dignus producitur. Z. quoque mihi videtur in eo erravisse, quod illum libellum Luciano adiudicandum esse censuit.

Sed haec hactenus. Lucianum fuisse φιλόμηδον primum videbimus, cum locos, quibus de Homero sententiam fert, congesserimus. Praemittere mihi liceat nonnullos locos, quibus Samosatensis noster nonnulla de poetis in universum iudicia fecit; ex his enim apparebit, non ita fuisse iratum Lucianum de poetis mentientibus, sed probe scivisse, quo valerent fabulae ab iis narratae. Philops. 2 culpantur poetae a Tychiade, quod homines decipient (*ἐκείνοις μὲν γὰρ τοὺς παλαιοὺς πρὸ ἐμοῦ σε χρὴ εἰδέναι καὶ πρὸ τούτων τοὺς ποιητὰς καὶ τὸν Ὄμηρον αὐτὸν, ἀοιδίμονς ἄνδρας*), respondet autem Philocles ep. 4: *οἱ μὲν (intell. poetae) τὸ ἐκ τοῦ μύθου τερπνὸν ἐπαγωγότατον δὲν ἐγκαταμιγνύντες τῇ γραφῇ sqq.* Eodem pertinet locus Jupp. tr. 39. Timocles Damin interrogat, Homerumne poetam esse praeclarum existimet. Quod postquam Damis se non infitiari confessus est, Timocles eum testem citat, esse dei providentiam. Tum Damis: *Ἄλλ, ὦ θαυμάσιε, inquit, ποιητὴν μὲν ἀγαθὸν Ὄμηρον γεγενῆσθαι πάντες σοι συνομολογήσονται, μάρτυρα δὲ ἀληθῆ περὶ τούτων οὗτ' ἐκεῖνον οὗτ' ἄλλον ποιητὴν οὐδένα. οὐ γὰρ τῆς ἀληθείας μέλει αὐτοῖς, ἀλλὰ τοῦ κηλεῖν τοὺς ἀκούοντας.* Lucianum non fuisse

nescium, quid poetis concedendum esset, appareat ex loco de hist. cscr. 8: ἐπὶ ἀγνοεῖν ἔοικασιν οἱ τοιοῦτοι ὡς ποιητικῆς μὲν καὶ ποιημάτων ἄλλαι ὑποσχέσεις καὶ κανόνες; ἵδιοι, ἴστορίας δ' ἄλλοι· ἐκεῖ μὲν γὰρ ἄκρατος ἡ ἐλευθερία καὶ νόμος εἴς, τὸ δόξαν τῷ ποιητῇ· ἐνθεος γὰρ καὶ κάτοχος ἐκ Μουσῶν, κανὸν ἵππων ὑποπτέρων ἄρμα ζεύξασθαι ἐθέλη, κανὸν ἐφ' ὑδατος ἄλλους ἡ μετ' ἀνθερίκων ἄκρων θευσομένους ἀναβιβάσηται, φθόνος οὐδείς. Quod si tale de poetis facit Lucianus iudicium, quid attinet, quod Panthea im. 5 poetas καταράτοντα appellat, praesertim cum sua aetatis poetis Stratonices capillum laudantibus illudat? Quid? quod in eodem libello (cp. 18) poetae una cum pictoribus ἀνεύθυνοι vocantur?

Quae cum ita sint, non multum videtur tribuendum esse verbis bis accus. 1, *Οὐηροφ* — ἀνδρὶ τυφλῷ καὶ γόητι. Nam hoc loco Juppiter iracundia effervescit. Nec plus valent, ut equidem sentio, ad id, quod habuit Lucianus de Homero, iudicium verba Diogenis derisoris dial. mort. 16, 5: *Οὐηρον καὶ τῆς τοσαντῆς ψυχρολογίας καταγελῶ*, de quibus aequo iudicandum est ac de verbis ἐμβρόντητοι ποιηταί Timonis (Tim. 1.) qui omnibus dis hominibusque iratus est (34 πάντας γὰρ ἄμα καὶ ἀνθρώπους καὶ θεοὺς μισῶ). Contra Philopatridis auctor ipse poetas contemnit: cp. 2. *ἐμβρόντητοι ποιηταί*. Sed quid de verbis, quae attuli, et de universo dialogo, quem iam Gesnerus subditicium esse censuit, iudicandum videatur, infra exponam.

Simili ac Diogenes ratione Menippus dial. mort. 20, 1 viros fortes carminum Homeri ἀμενηνὰ κάρηνα, verbis ipsius Homeri usus (x 531), appellat, non vero ut poetae illudat, sed ut, quam caducae sint omnes res humanae, depingat. —

Patriam Homeri<sup>2)</sup> Smyrnam fuisse dicitur im. 15, ubi mulier Smyrnaea formosa τοῦ Οὐηρον πολῖτις appellatur. Per iocum dicta sunt magisque valent ad Pythagoram eiusque philosophiam irridendam ea, quae leguntur gall. 17. Illic enim gallus Micylo sutori Homerum, dum Troia obsideretur, camelum Bactrianum, ipsum autem tunc Euphorbum fuisse (cf. II 812. 13), cuius capilli auro ornati mentio fit cp. 13 ratione habita versuum P 51, 52, nunc esse Pythagoram<sup>3)</sup> narrat. Eodem modo aliis locis homines docti deridentur, qui de Homeri patria similibusque quaestionibus inter se disceptaverint. Zoilum significat Lucianus et Aristarchum, cum dicat pro im. 24: οὐδ' ἔστιν ὅστις αὐτὸν (sc. Homerum) ἐπὶ τούτῳ γηπάσατο, οὐδὲ ὁ μαστίξαι τολμήσας αὐτοῦ τὴν εἰκόνα οὐδ' ὁ τὰ νόθα ἐπισημάνενος τῶν ἐπῶν ἐν τῇ παραγραφῇ τῶν ὀβελῶν. Ver. hist. II 20 Lucianus Homerum probe scientem fingit, alios aliis locis se natum esse existimare, revera se fuisse Babylonum nomenque verum Tigranem. Deinde omnes versus suos esse ἀτεθονμένους dicit. Negat se dedita opera ab ira Achillis initium fecisse aut prius Odysseam quam Iliada scripsisse. Καὶ μὴν κάκειτο, inquit Lucianus, ἐπεθύμουν εἰδέναι, εἰ προτέραν ἔγραψε τὴν Οδύσσειαν τῆς Ἰλιάδος, ὡς οἱ πολλοί φασιν· ὁ δ' ἡρεῖτο. Hoc loco erravisse librarios, perspicuum est. Nam Homerum adulescentem Iliada confecisse, senem Odysseam, inter omnes constabat, cf. Bergk, griech. Litteraturgesch. I. p. 473, Anm. 61. Caecum Homerum non esse, ipsum se vidisse narrat Lucianus eodem loco itinera mira describens. Ceterum caecitate Homeri dial. mort. 25, 1 Thersites utitur ad se defendendum; cf. gall. 6. In veris quoque historiis Thersites Homerum de iniuriis arcessit, Homerus absolvitur Ulike causam dicente. Lucianum igitur nunquam Homeri contemptorem esse, cum paucis locis eius nomine per iocum utatur, non mehercle maligne, ex iis, quae dixi, apparent.

<sup>2)</sup> Eum nusquam patriae mentionem fecisse dicit Luc. de hist. cscr. 14; Alex. 53 ab Alexandro Abono-teichensi cum alia quaeruntur tum hoc: πόθεν ἦν Οὐηρος δ ποιητής.

<sup>3)</sup> Pythagoras ipse Euphorbi animum suum fuisse credit; cf. Lauer 1. l. p. 51.

Contra quam multae inveniuntur laudes Homeri! Ut enim alia omittam, appellatur *μεγαλόφρων* (de hist. cscr. 57.) et *μεγαλοφονώτατος* (musc. enc. 5) et quasi exemplum quoddam ostenditur rerum scriptoribus: οἶνον δράσ τι καὶ Ὁμηρος δ μ. ποιεῖ, καίτοι ποιητής ὁν· παραθεῖ τὸν Τάνταλον καὶ τὸν Ἰξίονα (cf. λ, non I cum Ziegelero, 576—92, ubi Ixionis mentionem non fieri Lucianum fugit) καὶ τὸν Τιτνὸν καὶ τοὺς ἄλλους; probeque scivisse Lucianum, quantum intersit inter Homerum poetasque Alexandrinae, quam vocant, aetatis, ex iis, quae sequuntur, verbis apparat: εἰ δὲ Παρθένιος ἡ Εὐφορίων ἡ Καλλίμαχος ἔλεγε, πόσοις ἀν οἵει ἐπεστι τὸ ὅδωρ πρὸς τὸ χεῖλος τοῦ Ταντάλου ἥγαγεν, εἴτα πόσοις ἀν Ἰξίονα ἐκύλισε; Deinde Lucianus Homerum refert in numero τῶν ἀριστῶν ποιητῶν de salt. 61, si modo is liber iure Luciani nomen fert, quod addubitare videtur Sbrdt. (III<sup>2</sup> p. 139), ornatque verbo καλός Alex. 57 (ἐν Αἰγιαλοῖς, ἀν καὶ δ καλὸς Ὁμηρος μέμνηται [B 855]), cf. de merc. cond. 4 δ καλός δῆτωρ i. e. Demosthenes, quem valde probatum fuisse Luciano vidi quisquis librum Λημοσθένους ἐγκώμιον confecit, 24 δ καλὸς Πλάτων, quae omnia nequaquam dicta sunt εἰρωνικῶς. Nam ib. 25 ἡ Ὁμηρον σοφία una praedicatur cum Λημοσθένους δεινότητι et τῇ Πλάτωνος μεγαλοφροσύνῃ. Paribus laudibus Homerum effert is, qui dialogum, qui inscribitur Χαρίδημος, ἡ περὶ κάλλους, scripsit, quem subditicium esse post Gesnerum, Sommerbrodtium, Dindorfium, Bekkerum Ern. Ziegeler comprobavit in progr. gymn. Hamelensis a. 1879, cum is illum ἱρῶν κοσμήτορα καὶ θεῶν ποιητὴν appellat,<sup>4)</sup> quae μεγαλοφρονία non minus ab Luciani simplicitate et suavitate abhorret quam illa verba, quae leguntur am. 23: ἀλλά τοι κατὰ τὸν μέγαν ἀληθείας προφήτην Ὁμηρον.<sup>5)</sup>

Pauca mihi adicere in animo est de honore, quem Lucianus Homero mortuo tribuit in ver. histt. libro II., ubi cp. 15 in insulis beatorum cantantur carmina eius, ipse cum viris fortibus, quorum res gestas celebravit, et cum mulieribus accubat prope Ulixem. In ludis poeticis Hom. ceteris poetis multo praestat, quamquam victor est Hesiodus (22). Pugna commissa Hom. virorum fortium occisorum mortem carmine celebrat, cuius initium fictum est ad exemplum primi Odysseae versus: νῦν δέ μοι ἔννεπε, Μοῦσα, μάχην νεκύων ἀνθρώπων. Adiciam unum hoc testimonium haud contemnendum. Ver. hist. II 31 homines mendaces gravissimis cruciatibus afficiuntur: καὶ μεγίστας ἀπασῶν τιμωρίας ὑπέμενον οἱ ψευσάμενοι τι παρὰ τὸν βίον καὶ οἱ μὴ τάληθῆ συγγεγραφότες, ἐν οἷς καὶ Κτησίας δ Κνίδιος ἦν καὶ Ἡρόδοτος καὶ ἄλλοι πολλοί, non Homerus, qui in insulis beatorum est. Contra in libro Κατάβασις εἰς ἄδον Homer et Hesiodi animae cruciantur; cf. Fr. III 2 p. 41 sq.

<sup>4)</sup> Eius, quam Ziegeler tetigit, inopiae verborum cf. exempla haecce: 3 ουτως ἀν ἵκανην καταθοῖο τὴν χάριν, ib. ταύτην αὐτοῖς καταθεῖναι τὴν χάριν, 16 καταθήσει τὴν χάριν, 3 εἰ μοι τὸν πάντα λόγον ἐξ ἀρχῆς, 4 ποὺν ἀν μοι καὶ τὴν αὐτίαν ἀποδῆς, 21 ἀλλὰ ἀπόδος. Homerus vel HomERICA tanguntur 8, ubi de Iove oratio est: δμιλῶν γὰρ τοῖς θεοῖς — οὐ γὰρ ἀνθρώπων γε οὐδέστι πλὴν εἰ μὴ τοῖς καλοῖς (?) — οὕτω πεποίηται σοβαρὸς τῷ κοινῷ τῶν Ελλήνων ποιητῇ sqq. Deinde 11 Junonem saepius appellari dicitur λευκάλενος quam πρέσβα θεὰ θυγάτηρ μεγάλου Κρόνου (cf. E 271 = Θ 383 = Σ 194), Minervam saepius Γλαυκῶπις quam Τοιτογένεια Venerem χρησῆ, quae aliunde desumpta videntur, ut alia HomERICA is, qui confecit Charidemum, ex aliis libris Lucianeis mutuatus est. Nireus (τὸν Ἀγλαῖνης cf. B 672) enim hic quoque (24) commemoratur, Menelai domus, quam admiratur Telemachus proficiscens κατὰ πύσιν τοῦ πατρός (cf. δ 71 sqq.), cp. 25 (ubi δ 74 citatur), quod aequem fit Scyth. 9 et de domo 3, quos libros Sbrdt. spurios esse arbitratur [cf. Philopatr. 23.] Adde epitheton Homericum μιλτοπάρησ (B 637).

<sup>5)</sup> Librum esse adulterinum Ddf. in praef. I. p. IX. contendit testem citans Cobetum Var. Lect. p. 257.

Homeri ars depingendi celebratur in libro, qui *εἰκόνες* inscribitur,<sup>6)</sup> ubi ep. 8. poeta inter pictores clarissimos, quibus ipsis praesentibus antecedat, citatur ad pulchritudinem feminae cuiusdam efficiendam: *οἶν γάρ τι τοῖς Μενελάου μηδοῖς τὸ χρῶμα ἐκεῖνος ἐπέβαλεν ἐλέφαντι εἰκάσας ήρέμα πεφοινιγμένῳ*, τοιόνδε ἔστω τὸ πᾶν, cf. A 141 sqq. de Menelao vulnerato: *ώς δ' ὅτε τίς τ' ἐλέφαντα γυνὴ φοίνικι μήνῃ.* Tum eius depingendi ars laudatur propter usum epithetorum *βοῶπις, φιλομειδής, λευκώλενος, δοδοδάκτυλος,* „καὶ ὅλως, inquit Lucianus, *τῇ χρυσῇ Ἀφροδίτῃ εἰκάσει.*“ Dentes quoque verbis Homericis depingendi sunt: cp. 9 *αὐτὸ τὸ τοῦ Όμηρον, ἐλέφαντι πριστῷ ὅμοιοι* cf. σ 196. Ceterum ex hac laude Homeri apparent Lucianum sibi conscient fuisse interesse inter picturam et poesin, laudat enim poetam propterea quod unum adhibuerit epitheton, quod poetae esse proprium animadvertisit Lessingius noster (Lessings Laokoon von Blümner<sup>2</sup> p. 252). Cognitionem discriminis picturae poeseosque in eo quasi latuisse, quamquam Homerum pictorem praeclarum dicit, exponit Blümnerus l. l. p. 11. Nec multum ab eo abhorret id, quod Homerum ideo laudat, quod homines sic depingat, ut eos cum dis comparet: cf. pro im. 24: *εἰ δὲ καὶ ὅπι μάλιστά σε αὐταῖς ἐκείναις (deabus) ἥκασα, οὐκ ἐμὸν τοῦτο —, ἀλλὰ πολλοὶ καὶ ἀγαθοὶ ποιηταὶ, καὶ μάλιστα ὁ σὸς Όμηρος.* Appellare enim illum Briseida *ἰκέλην Ἀφροδίτῃ* et dicere: *εἴπε δ' ἄρα κλαίοντα γυνὴ εἰκνῖα θεῆσιν* (T 282, 86). Praeterea citatur vs. τ 54 (= ρ 37). Alia deinde exempla profert, Agamemnonem, cuius oculos et caput Iovi, cingulum Marti, pectus Neptuno simile fuisse Homerus dicat (cf. B 478, 79.)<sup>7)</sup>

<sup>6)</sup> Quid de utroque libello, *εἰκόνες* et *ὑπὲρ τῶν εἰκόνων*, iudicem, hoc loco adicere mihi liceat. Bekk. utrumque Luciano abrogavit. Quae sit auctoritas editionis Luciani Bekkeriana, reperies apud Fritzschium III 2 (1882) p. LXV. sqq. Primo ego obtutu in libro *εἰκόνες* notavi haecce. Saepissime apud Lucianum notio aliqua, quae sequitur, verbo *αὐτό* ut enuntiatio relativo, quod vocant, significatur (cf. Sbrdt. ad Nigr. 4), quod in imaginibus quoque potest observari: cf. 1 *αὐτὸ γὰρ τὸ τοῦ μύθου ἐκεῖνο, μικροῦ δέω λίθος ἐξ ἀνθρώπου γεγονέναι, 9 ὑπεφαίνοντο γοῦν, αὐτὸ δὴ τὸ τοῦ Όμηρον, ἐλέφαντι πριστῷ ὅμοιοι.* Tum apud nostrum persaepe recurrent adiectiva cum articulo *τὸ* coniuncta pro substantivis posita: cf. 5 *τὸ συμμιγὲς ἐκεῖνο καὶ ποικίλον* (cf. Sbrdt. ad somn. 8), 6 *τὸ εὐγραμμον — τὸ ύγρον — τῷ φαιδρῷ καὶ πεχαρισμένῳ, 7 τὸ ἐπιπρεπές, 14 τῆς ἀρμονίας τὸ ἀκριβέστατον, 21 τὸ ἐπίφθονον.* Adde quod verba *ήρέμα* (8), *ἀμέλει,* (11) *ἀπειρόκαλος* Luciano sunt verba usitatissima (cf. Sbrdt. ad Nigr. 8, 26.) Synonyma accumulare Luciani proprium est, quod Wiel. (III. p. 313 adn.) animadvertisit („die nämliche Sache auf vielerlei Art zu sagen und gleichsam wie einen Edelstein durch kleine Wendungen in der Sonne spielen zu lassen“); cf. 5 *τὸ συμμιγὲς ἐκεῖνο καὶ ποικίλον, 11 τὸ ἡμερον καὶ φιλάνθρωπον, 13 ἡδὺς καὶ προσηνής καὶ πράως, 16 ποικίλην καὶ πολύμορφον.* Restat, ut particularum aliquot mentionem faciam, quarum, ut equidem puto, parum adhuc in observando Luciani genere dicendi habita est ratio. Earum enim usus penitus, ut vix aliud quidquam, insitus est scriptori. Ac primum quidem particulas quoque accumulare Lucianeum esse adn. Sbrdt. I. p. XXVI, cf. *καὶ μήν 1. 3, καὶ μόνον οὐχὶ καὶ 10 (μόνον οὐκ = tantum non Nigr. 4), οὐδὲ γὰρ οὐδ', 15 τοιγαροῦν, item 21 bis cf. somn. 15 (Sbrdt.).* Tum particula *πλὴν* apud Lucianum usu iam paene trita est, et sine aliis et cum aliis coniuncta. Saepissime invenitur *πλὴν ἀλλά* sequente *γέ,* quod semper tertium post *ἀλλά* locum obtinet (Sbrdt. ad Char. 11), id quod etiam libro *εἰκόνες* comprobatur: cf. 2, 6, 9, 16, 17. Nec rarius apud Lucianum occurrit *μεταξύ* c. participio (cf. Sbrdt. ad Nigr. 13): 9 *μεταξύ δὲ προτοῦσα.*

Idem iudicandum est de libello *ὑπὲρ τῶν εἰκόνων*, quem et ipsum Bekk. adulterinum esse autumat: cf. synonyma inter se coniuncta *φορτικὰς καὶ ὑπερομέτρον* (verbū *φορτικός* Lncianus adamasse videtur cf. e. g. Nigr. 13, 22 Tim. 3 Piscat. 5 Alex. 20), 4 *καλὴν καὶ κόσμιον, 8 ἀσέβημα καὶ πλημμελημα, 14 ἐπανορθοῦν καὶ ἔνθυμίζειν, 17 κεφαλὴν καὶ κορυφὴν* alia permulta, 15 *πλὴν ἀλλ' ἐκεῖνό γέ, 17 πλὴν ἀλλ', 16 καὶ μήν πάνυ μέν,* ib. *καὶ μονονονχὶ καὶ.* Denique *μεταξύ* c. part. occurrit cp. 12.

<sup>7)</sup> De hist. eser. 8 poetis licere ait Lucianus Agamemnonem describere ut descriptus sit loco Homericō.

Hectorem, quem cum Marte comparet (*βροτολοιγῷ Αρει* cf. *Θ* 348. q. *A* 295)<sup>8)</sup>, Paridem (*τὸν Φρύγα*), quem *θεοειδῆ* (permultis locis e. g. *T* 16), Achillem quem *θεοείκελον* ille appellat (*H* 131, *T* 155). Accedere quod Euphorbi capillum cum Gratiis comparet (*P* 51) neque dubitet laudem dearum pulchritudinis ab rebus minoribus petere: 26 *τοὺς γοῦν τῆς Ἡρας ὁ φθαλμὸν τοῖς τῶν βοῶν ἥκασε* (*βοῶπις πότνια Ἡρη* locis innumeris e. g. *A* 551), cum alias quidam poeta Venerem *ἰοβλέφαρον* appellat (Pindarum significat cf. im. 8).<sup>9)</sup> Ea, quae sequuntur, verba, liceat mihi ascribere: *τὴν μὲν γὰρ δοδοδάκτυλον τίς ἀγνοεῖ τῶν κανὸν ἐπ’ ἐλάχιστον τῇ Ὁμήρου ποιήσει ὀμιληκότων*; — In eodem libro citat Lucianus versus q 37 ζ 102. Sed de versibus versuumque partibus, quibus Luc. ex Homeri carminibus depromptis libros suos ornavit, alio loco agendum erit. Quantam igitur censes fuisse Luciani scientiam carminum Homericorum, cum ea tam attente tamque saepe legerit, ut quibus quaeque epitheta, quae dicunt, ornantia, personis tribuantur noverit. In eodem libro Lucianus ex Homeri carminibus quasi ex fonte quodam voces, animi indolisque virtutes quae significant, hausit poetamque se earum quoque descriptorem existimare non dicit ille quidem, at certe significat. Capite enim 13 Panthea appellatur *αὐδήσσα* (ut Circe z 136, λ 8, μ 150, Calypso μ 449), *λίγεια* (de Musis ω 62, de Nestore *A* 248, de Telemacho ν 274), tum *καὶ τὸ γλυκίων μέλιτος ἀπὸ τῆς γλώττης*, inquit, *περὶ αὐτῆς μᾶλλον ἢ περὶ τοῦ Πνλίου γέροντος ἐκείνον ὁ Ὁμηρος ἀνείρηκε* (cf. *A* 249). Denique in cp. 19 exemplum *τῆς σωφροσύνης* affertur ex Homeri carminibus Theano (cf. *E* 70 *πύκα δ’ ἔτρεφε δῖα Θεανό* *Z* 297 sqq. *A* 224), Arete, Nausicaa, *καὶ εἴ τις ἄλλη ἐν μεγέθει πραγμάτων ἐσωφρόνησε πρὸς τὴν τύχην*, et cp. 20 Penelope secundum Homerum *περίφρων* appellatur (δ 787 et locis aliis permultis).<sup>10)</sup>

Quodecum Luciani tanta fuerit Homeri admiratio, tales quoque locos invenimus, quibus Homeri carmina legisse hominis Graeci esse dicit optimumque eum ducem vitae appellat. Dial. mort. 12, 3 Hannibal barbarum se esse dicit neque humanitatis Graecorum participem neque Homerum decantare posse, ut Alexandrum. Mirum non est, hominem indoctum multos libros coémentem Homerum quoque non semel emere (adv. ind. 7). Micylo sutori gallus: *Σύ μοι, inquit, δοκεῖς, ὡς Μικύλε, κομιδῆ ἀπαίδεντος εἶναι μηδὲ ἀνεγνωκέναι τὰ Ὁμήρου ποιήματα* (2).

Quid multa? Homerum adulescentium magistrum optimum senumque carmina eius dulcissimum oblectamentum esse existimat, quod cognoveris, si locos Alex. 33 et Herc. 4 contuleris. Illic enim Alexander Abonoteichensis, cuius oracula ea solent dicere, quae quisque ipse invenire potest, Rutiliano quaerenti, quemnam filio daret praceptor, respondit: *Πνθαγόρην πολέμων τε διάκτορον ἐσθλὸν ἀοιδόν*. Verba quoque nonnulla ex Homero petita vides. In libro

<sup>8)</sup> Idem fit de Leonteo *M* 130, de Merione *N* 295, 298 sqq., de Achille *Y* 46, de Euryalo ι 115. Ceterum vss. *B* 278, 79 (*Z.*) in cp. 25 invenire non potui.

<sup>9)</sup> In muscae encomio 5 festive Lucianus Homerum laudat, quod muscam aestimet maximi. Nam illum viros fortes non cum leonibus aut apris conferre, sed cum musca. Cum illo capite, quod ut totum opuseulum dignissimum est, quod legatur, cf. locos *P* 570 sqq. *B* 270, 71. *P* 461 sqq. *A* 130, 31.

<sup>10)</sup> Ibidem appellatur Penelope *σαόφρων*, quo verbo Homerus bis (δ 158, ψ 462) utitur, sed neutrubi de Ulixis coniuge. Verba *τὴν σαόφρωνα καὶ* falso textui inserta suspicor. Hac dissertationis meae parte ostendere volui, Homerum ab Luciano propter eximiam depingendi artem esse laudatum. De aliis personis et epithetis ex Homero petitis infra disputabitur.

*Ἡρακλῆς* (*προλαλιά* quam vocant), quem Lucianum iam aetate provectionem confecisse verisimile est, sacerdos quidam Gallicus eo se hominem eruditum esse comprobat, quod (4) Homeri versum citat (*I* 108), praeterea Euripidem (*Phoen.* 533). Tum iterum versui Homericu alludit (*οὗτῳ γέ τοι καὶ τοῦ Νέστορος υἱῶν ἀπορρεῖ ἐκ τῆς γλώττης τὸ μέλι* cf. *A* 249) linguaeque Graecae peritum se praebet, cum epitheton *λειχιόεσσαν* commemoret, quod Homerus de cicadis dicit, quibuscum senes comparat<sup>11)</sup>.

Jam transeo ad versus, versuum partes, voces, quas Lucianus ad ornandam speciem librorum ex Homeri carminibus transtulit, quae quidem nondum sint allatae. In hac parte mihi nonnulla adicienda sunt de Luciani parodia, quae vocatur, *Homerica*, quae qualis sit quidque sibi velit, nondum satis mea quidem sententia accurate quaesitum est. Quod ut comprobem, duo proferre mihi liceat exempla. De merced. cond. 1 Luc. se nescire ait sortem philosophorum mercede conductorum deploratus, a quanam re incipiat: *καὶ τί σοι πρωτον, ὡς φιλότης, ἢ τί ὕστατον, φασὶ, καταλέξω;* Verbum *φασὶ* intercalatum proverbium significat sumptum ex i 14 *τί πρωτόν τοι ἔπειτα, τί δὲ ὕστατον καταλέξω;* Sed ea non est parodia, ut censere videtur Wiel. V. p. 160 adnot. 2, quia illo loco verba prorsus consentiunt cum rerum conexu. Tum Ziegeler versum *Ξ* 1 *Νέστορα δὲ οὐκ ἔλαθεν ιαχή,* qui de mort. Peregr. 31 de Theagene cynico dicitur, in numero parodiarum non refert, quia, credo, iis modo versibus Lucianum *παρῳδεῖν* arbitratur, quorum aliquid immutaverit aut aliis alia immiscuerit. Sed versus immutare non idem est quod *παρῳδεῖν*. Hoc loco, quem attuli, per iocum cynicus quidam latrans cum Nestore illo sapiente, *οὐδὲ ἀπὸ τῆς γλώττης ὥσπερ μέλι δὲ λόγος ἀπέρρει,* comparatus ludibrio habetur.

Nec vero veteres scriptores, qui eam rem tetigerunt, satis mihi accurate quaesisse videntur, quidnam sit parodia; certe aliud ac nos senserunt. Nam Athen. VIII 364 b<sup>12)</sup> *παρῳδία καλεῖται*, inquit, *ὅταν ἐκ τραγῳδίας μετενεχθῇ*, quae definitio parum late patet, ut mihi videtur, cum neque ex tragedia solum parodiae petantur neque transferre verba idem sit quod *παρῳδεῖν*. Tamen eo, quod dicit parodiam ex tragedia transferri, significare videtur discrepare res narratas cum verborum translatorum magnificentia et dignitate. Nec vero Lauer rem acu tetigit, qui l. l. p. 27 haec habet: „Die Parodie, welche darin besteht, dass dichterische Aussprüche durch kleine Veränderungen einen ganz andern, oft gerade entgegengesetzten Sinn erhalten oder unverändert auf Dinge durchaus verschiedener Natur angewandt werden.“ Hoc concedo, illud nego. Parodia neque versibus solis efficitur neque versuum perturbatione aut immutatione, sed eo, quod verbis ex carmine depromptis et orationi immixtis aut metro servato aut in prosam orationem solutis, risus movetur, cum verba de aliis rebus atque iis gravioribus usurpata ad res leviores ac minores transferuntur.

Adiungere mihi his, quae in universum de parodia disputavi, liceat hoc iam loco parodias in Charone<sup>13)</sup> obvias, quas tres invenisse sibi videtur Ziegeler. Iure sintne eae parodiae verae, addubitat Buchwald (p. 8). Parodiae simile est, quod cp. 14 ex versuum *A* 910

<sup>11)</sup> Wiel. V. 285: „Solche Citationen aus ihren Dichtern, zumal einem gallischen Druiden in den Mund gelegt, hatten den Reiz der elegantesten Urbanität und Grazie für griechische Zuhörer.“

<sup>12)</sup> Hunc locum debeo Papio s. v. *παρῳδέω*. Quod fonte neque puriore neque uberiore sum usus, excusatio mihi sit, quae inopia librorum, qua, qui talibus rebus operam dant, in hoc oppido premuntur.

<sup>13)</sup> Condicio Mercurii et Charonis terram contemplantium similis est Helenae Priamique in *Τειχοσκοπίᾳ*.

et ε 450 (*ικέτης δέ τοι εὐχομαι εἶναι*) partibus dimidiis componitur vs. *νήσῳ ἐν ἀμφιρίτῃ;* *βασιλεὺς δέ τις εὐχεταὶ εἶναι* et de Polycrate usurpatur. Risus hoc loco potest moveri, quod Homeri μεγαλοφωνία discrepat cum tyranno Sami tam inania venditantis. Ceterum hoc loco Luc. ipse verbo παρῳδεῖν utitur, quod cum interpretaretur Sbrdt. („neben einem Gesange etwas anderes singen d. i. ihn variieren und zwar so, dass der Charakter des zu grunde liegenden Gesanges entstellt wird“) rem acu non tetigisse videtur. Idem iudicandum existimo de loco cp. 9, ubi vs. **Γ** 226 paucis immutatis ad Milonem Crotoniatem transfertur. Quibus locis quamquam verborum poetae dignitas ac splendor opposita hominum imbecillitati parodiam efficere potuisse non infitior, nequaquam parodiam invenire possum cp. 22, ad quem locum interpretandum longius mihi repetendum est. Inest in dialogo *Xάρων* summa gravitas, ut eius, qui legit, animus mirum in modum et delectetur et perstringatur necesse sit verbis colloquentium, quae nihil aliud spectant, nisi ut divitias, corporis firmitatem, sapientiam, omnes denique res humanas caducas esse et inanes evincant. Eiusmodi argumentationem verba concludunt:

*Κάτθαν' δύως ὅ τ' ἄτυμβος ἀνὴρ ὅς τ' ἔλλαχε τύμβον,*  
*'Εν δὲ ἵη τιμῆς Ιρος ρρείων τ' Ἀγαμέμνων,*  
*Θεοσίτης δ' ἵσος Θέτιδος παῖς ἡγύχομοιο,*  
*Πάντες δ' εἰσὶν δύως νεκύων ἀμενηνὰ κάρηνα,*  
*Τυμροί τε ξηροί τε κατ' ἀσφοδελὸν λειμῶνα.*

Quae verba quisquis parodiam esse dicit — dicunt autem et Z. et Wiel. — quonam modo is intelligere potest, veteres verbum παρῳδεῖν verbo χλενάξειν esse interpretatos? Ceterum Z. recte ea verba ex versibus **I** 319 **K** 521 (= 536) mixta esse animadvertisit. Sed vss. **I** 320 (hoc loco primus), **A** 512 (= **Π** 860 Θέτιδος παῖς ἡγύχομοιο), **λ** 539 (= 573 ω 13) eum fugerunt, ut taceam de verbis ρρείων Ἀγαμέμνων, quae apud Hom. recurrent locis viginti septem. Nam locis σ 1 sqq. et **B** 212 etsi de Iro sermo fit et de Thersite, tamen verba inde translata sunt nulla. Quare vide, ne Z. Sbrdtii interpretationem secutus sit, quam velim conferas. Mea quidem sententia de hoc loco idem iudicandum est, quod de aliis, quibus Lucianus versus, quos ipse composuit, centonibus adornavit Homericis.

Sane multis locis dubitari potest, sitne vera parodia necne. Sed ut ea, quae supra de parodia dixi, exemplo illustrem, conv. 12 Alcidamas non vocatus ad convivium venit, *ἐκεῖνο τὸ κοινὸν* (i. e. quod in proverbium venit) *ἐπιχαριεντοσάμενος τὸν Μενέλαον αὐτόματον ἤκοντα* (**B** 408). Hoc loco risum movet Alcidamas cum viro forti comparatus videmusque parodiam iam pervulgatam, quam Luc. in usum suum convertit, ut is liber abundat parodiis, id quod significare videtur ipsa inscriptio *Συμπόσιον ἡ Απίθατη*. Tum, quid sit parodia, apparent ex locis de merced. cond. 11 et 16. Illic vs. legitur **I** 325 πολλὰς μὲν ἀνπνοντις νύκτας λαίσης, *"Ηματα δ' αἱματόεντα.* Sed non Troiae expugnatio expetitur, de qua cogitat, qui illorum verborum memoriam repetit, sed favor domini cuiusdam Romani, qui quam parvi sit aestimandus Lucianus exponere vult. Eodem pertinet l. l. cp. 16, ubi **Γ** 156 respiciens Luc. dicit: *οὐ νέμεσις Τρῶας καὶ ἐνκνήμιδας Ἀχαιοὺς — πολλὰ παθεῖν καὶ ὑπομένειν ὑπὲρ τῆς τοσαύτης εὐδαιμονίας.*

Ex Homeri carminibus talium parodiarum fons fluxit uberrimus, ut recte Bergkius (Gr. Litt. I 882) poesin Homericam poeseos parodicae quasi nutrimentum quoddam fuisse dicat, cum Plutarchi locum laudet: *ἄλλοι δὲ ἐτέρας ἵποθέσεις προθέμενοι ἀρμόζοντιν ἐπ'*

*αὐτὰς τὰ ἔπη, μεταποθέντες καὶ συνείροντες.* Nec tamen effici parodiam transponendo aut commiscendo, et vidimus, et videbimus.

Sed parodia non valet ad eum irridendum, ex cuius carminibus versus translati sunt. An quisquam nostrum Schilleri versum in usum cotidianum convertens illi illudat? Is ludibrio habetur, ad quem versus vel verba transferuntur, velut in exemplis, quae attuli, Theagenes, Alcidamas, domini Romani, et item irridetur atque Thersites armis Achillis indutus (adv. ind. 7). Lessingius noster (Litteraturbr. Br. 127 Hempel IX 341) locum affert ex dissertatione Sallieri abbatis „sur l'origine de la parodie“, quem ascribo: „Le sujet, qu'on entreprend de parodier, doit toujours être un ouvrage connu, célèbre et estimé.“ Homerum igitur παρῳδεῖν non irridentis est, sed admirantis. Quare Lucianum fuisse φιλόμηρον, vel ex parodiis apparent.

Ad quas colligendas priusquam accedam, versus, versuum partes, voces ab Luciano in usum suum conversas congeram. Omittentur in hac parte eae verborum versuumque translationes, quae eo effectae sunt, quod Lucianus res ab Homero narratas protulit, quas in alia parte afferam. Revera Lucianus similis est Menippo, qui νεωστὶ γάρ, inquit, “Ομήρῳ συγγενόμενος οὐκ οἶδ’ ὅπως ἀνεπλήσθην τῶν ἔπων καὶ αὐτόματά μοι τὰ μέτρα ἐπὶ τὸ στόμα ἔρχεται<sup>14)</sup>”, quae suavius mehercle dicta sunt, quam tabula illa picta Galatonis, cuius mentionem facit Aelian. V. H. XIII 21: *Γαλάτων δ’ ὁ ζωγράφος ἔγραψε τὸν μὲν Ομηρον αὐτὸν ἐμοῦντα, τὸν δ’ ἄλλους ποιητὰς τὰ ἐμημεσμένα ἀρνούμενον* (Lauer I. l. p. 25). Quodsi verba allata quadrant ad res, de quibus oratio fit, id non illudendi, sed ornandi causa factum est.

Ac primum quidem eos locos afferam, quibus verba ex versibus desumpta esse numero cognosci nequit. In hoc numero referenda sunt epitheta στιλπνός, ἀμενηρός, φοξός, ψεδνός praeter ea, quae supra commemoravi. Quorum primum nusquam omnino invenitur nisi apud Luc. de hist. cscr. 51, im. 9, Anach. 29 et apud Homerum Ζ 351, secundum adhibitum ab Homero de mortuis et de somniis (τ 531 νεκύων ἀ. χάρην, τ 562 δοιαὶ γάρ τε πύλαι ἀ. εἰσίν ὀνείρων) Luc. transfert ad res secundas: gall. 5 ὡς ὁ ποιητικός λόγος, ἀ. τινα εὐδαιμονίαν, cf. Men. 15; tertium et quartum Luc. Homerum (**B** 219) secutus adhibet de Thersite dial. mort. 25, 1. Porro Jupp. tr. 9 Juppiter Neptunum appellat ὦ ἐννοσίγαιε, Tim. 32 Mercurius audit ὥ Αργειφόντα. Adice epitheton σινοφάγος (e. g. i 191) Alex. 15, hoc loco idem significans quod „mente ac ratione praeditus“ (οὐδὲν ἐοικότων σ. ἀνδράσιν, ἄλλὰ μόνη τῇ μορφῇ μὴ οὐχὶ πρόβατα εἴναι διαφερόντων). Denique Tim. 1. Timon Jovem appellat ὥ Ζεῦ φίλιε καὶ ξένιε (e. g. Ζ 625) καὶ ἐφέσπιε καὶ ἀστεροπητὰ (e. g. Α 580) καὶ ἐρίγδονπε (e. g. Ε 672). Ib. κεραυνός appellatur ἀργύρεις ut apud Homerum persaepe cf. e. g. Θ 133. Totum illud caput refertum est verbis poeticis (cf. ἐκηβόλον ὅπλον). Cp. 4 Juppiter ὑψιβρεμέτης appellatur (cf. e. g. Α 354), ep. 6 in adhibendo epitheto νήδυμος Lucianus consentit cum Aristarcho (Goebel Lexil. II 557 sqq.): τὸν βαθὺν τοῦτον ὑπνον ἀποσεισάμενος. Char. 19 ὠκύμορος ex Homero sumptum videtur et 23 Luc. quam vana sint omnia humana cum ostenderit: παπᾶ, inquit, τῶν ἐπαίνων, Ομηρε, καὶ τῶν ὄνομάτων Ἰλιος ἵρη καὶ εὐρηγνια καὶ ἐντίμεναι Κλεωναί (**B** 570).

<sup>14)</sup> Quid? quod Plato, quem Homeri carmina ab ea, quam sibi finxit, republica ablegasse constat, „Homerum admirabatur summopere imitabaturque ipsum“ (Sengeb. Hom. diss. I p. 119)? Ceterum Lucianum multo saepius Iliadem laudasse quam Odysseam, iam Z. animadvertisit (cf. Bonitz I. l. p. 41).

Jam pergo ad alias voces singulares Homericas. Icarom. 2 ὑπερνεφέλῳ ἀνδρὶ, καὶ, ἵνα καθ' Ομηρον εἴπω, τῶν οὐρανιώνων ἐνί cf. E 373. 898. Φ 275. 509. Ω 547. Z. vs. A 570 affert adiciens = E 373 (?). De hist. cscr. 22 scriptores vituperantur, quod verbis poeticis utantur, cum dicant ἐλέλιξε μὲν ἡ μηχανὴ, τὸ τεῖχος δὲ πεσὸν μεγάλως ἐδούπησε<sup>15)</sup>. Deinde Luc. cum alia tum verba περιεσμαραγεῖτο et ἐμερμύροιξεν profert. Illo verbo simplici utitur Hom. e. g. B 210 Φ 199, hoc identidem. — Piscat. 42 βουβηδὸν καὶ βοτρυδὸν, ἵνα καὶ καθ' Όμ. εἴπω (B 89). — Nigr. 34 οἱ τὰς πόλεις ἐπιτετραμμένοι cf. B 25 φλαοὶ τὸ ἐπιτετράφαται; cf. de mort. Peregr. 18 Toxar. 33. — Cal. 24<sup>16)</sup> ὡς δὲ ποιητικὸς λόγος, βυσσοδομεύει τὴν ὁργήν (ι 316 ρ 465 91 θ 273 ρ 66 δ 676). — Dial. mort. 19, 1 Protesilaus Paridem appellat Λύσπαρι ut Hector Γ 39. Cum loco Tim. 58 ἀλλ᾽ οὐκ ἀναιμωτί γε ὑμεῖς οὐδὲ ἄνευ τραυμάτων cf. P 363. 497. σ 149. ω 532, quibus locis omnibus verbum ἀναιμωτί coniunctum est cum particula γέ. Denique Char. 1 Mercurius/ξυνδιάκτορος appellatur ratione scilicet habita epitheti Homerici.

Addendae sunt verborum coniunctiones formulaeque ex Homero in Luciani scripta translatae. Icar. 2 ὁρθῶς καὶ οὐκ ἀπὸ σκοποῦ εἴκασας (λ 344), 12 καὶ πάνθ' ὅπόσα τρέψει ζείδωρος ἄρονρα, quem locum Wiel. falso parodiam esse autumat. — Dial. deor. 19, 2 ἔξω βέλοντος, Nigr. 18 ἐκ βελέων (ubi praeterea vss. A 163. 4 citantur, e quibus dictio sumpta est), quae coniunctio proverbii munere fungi videtur. Proverbia alia ex Homero sumpta post congeram. — De hist. cscr. 4 τούτον μὲν καπνοῦ καὶ κύματος καὶ φροντίδων cf. μ 219. — Rhet. praec. 13 μετὰ κλέος, A 227 Ν 364 κατὰ τ. — Ib. 1 οὐδεὶς φθόνος fortasse effectum ad Homericum οὐ νέμεσις (= libenter) e. g. Ξ 80 cf. Pseudol. 30 Plato Phaed. 61 d, Soph. 271 b. — Pisc. 35 οἰχεται πάντα ταῦτα ἀποπτάμενα, πτερόεντα ὡς ἀληθῶς ἐπη cf. Herc. 6. Ceterum videmus hoc loco multisque aliis, verba Homerica pro simili quadam notione praemissa παραφραστικῶς — pace tua hoc verbo utor — poni. — Piscat. 42 κλαγγηδὸν προκαθιζόντων = B 463. — De salt.<sup>17)</sup> 79 κατὰ τὸν ποιητὴν νηπενθέες τε καὶ ἄχολον cf. δ 220, 21. — Apol. 4 ἵπερ τὸν

Ulixi adiungenda est Penelope, quam tangit Luc. fugit. 21: τὸ τῆς Π. ἐκεῖνο πάσχω· ὅπόσον γὰρ ἔξυφῆνω, τοῦτο ἐν ἀκαρεῖ αὐτὶς ἀναλύεται cf. β 93 sqq., praeterea ver. hist. II 28. 36, pro im. 7, dial. meretr. 12, 1 (ὥσπερ ἡ Π. ἐσωφρόνονν). Quae cum exemplum τῆς σωφροσύνης et fidei sit, Helenae pulchritudo in proverbium venit: cf. conv. 41 κρέσσων τῆς Ελένης ἡδὸν ἔρατῆς Κυθέρης — καὶ Νιρῆος καὶ Θέτιδος παϊδός, im. 22, gall. 17. Item dial. mort. 18, 1 in numero hominum pristini temporis pulcherrimorum referuntur Nireus (ὅς καλλιστος ἀνὴρ ὑπὸ Ἰλιον ἡλθεν B 673), Achilles, Tyro (λ 235), Helena. Proverbii in modum eius nomen adhibetur pro re aliqua, de qua decertatur, eun. 3 αὐτῇ, ὡς Πάμφιλε, ἡ Ε., ὑπὲρ ἧς ἐμονομάχονν πρὸς ἄλλήλους. Nirei nomen persaepe occurrit apud Lucianum: cf. praeter locos supra laudatos pro im. 2, dial. mort. 9, 4 (Νιρέως καλλίων), Tim. 23 (εὐμορφότερον Νιρέως). Menippus eum ab Thersite diiudicare nequit Men. 15, dial. mort. 25, 1, ubi affertur vs. ex Homero ipso, cui praecedunt verba ἐμέ γε τὸν Ἀγλαῖας καὶ Χαρόπον (Jacobitz. falso Χάροπος).<sup>25)</sup> Adice Tim. 23 [am. 23 ἀμέλει τοῦ καλοῦ Νιρέως ὁ σοφὸς Ὀδυσσεὺς πλέον ἐπαινεῖται, de dea Syr. 40, Charid. 24]. Achilles<sup>26)</sup> haud raro pulchritudinis exemplum affertur, quod

<sup>25)</sup> cf. Fr.: „— at Luc. continuo affert B 673 et mox § 2 ἀλαπαδνόν ε. v. 675 mutuatur, hoc est totum illum Homeri locum diligenter contulit, in quo Χαρόποιο (sive Χαρόπον) exstat.“

<sup>26)</sup> Dial. meretr. 13, 3 miles quidam hoste victo domum rediens cum Achille comparatur. Ceterum in eodem dialogo certaminis singularis descriptio Homerum resipit.

apparet ex loco pro im. 20, ubi Thersites et Achilles inter se opponuntur. Idem fit adv. ind. 7: Ut Thersites armis Achillis indutus risum moveret, sic homo indoctus multos libros coëmens dignus est, qui irrideatur. Locos Homericos Luc. duos memoria tenet **Φ** 242 sqq. et **B** 217, ubi cum omnibus veteribus grammaticis consentiens verbum *φολκός* idem significare putat quod „oculis obtortis“ (*τοὺς παραβλῶπτας ἐκείνους αὐτοῦ ὄφθαλμούς*), non idem quod „valgus“, sicut nos arbitramur; cf. Buttmann Lexil. I p. 246. Göbel Lexil. I p. 391. 464. Dem. 61 Demonax cynicum esse Thersitem autumat. Praeterea Thersitis nomen exceptis locis supra laudatis Necyom. 15 (hic quoque Nireo oppositum), de hist. escr. 14, ubi scriptor quidam vituperatur, quod imperatorem cum Achille, regem Persarum cum Thersite comparet, non cum Hectore, quem superare melius sit et gloriosius, allato vs. **X** 158, quem Z. falso inter locos Homericos metro soluto citatos affert, — cf. **Φ** 280. 81 —, denique Char. 22 in vss. ad exemplum Homericorum compositis. In insulis beatorum etiam Thersites versatur: ver. hist. II 20 *ἡν γάρ τις γραφὴ κατ’ αὐτοῦ* (sc. Όμηρον) *ἀπενηγμένη ὑβρεως ὑπὸ Θερσίτου, ἐφ’ οἷς αὐτὸν ἐν ποιήσει ἔσκωψε καὶ ἐνίκησεν Όμηρος Ὀδυσσέως συναγορεύοντος.* Fug. 30 eius nomen ad maledicendum adhibetur. In enumerandis eis nominibus, quae in proverbium venerunt, non praetermittendus videtur Bellerophontes (**Z** 156 sqq.); cf. apol. 3, cal. 26 (ubi vss. **Z** 146. 65 — non 95 ut ap. [Z. — citantur]), adv. ind. 18 (homini indoctus libellus, in quo quid insit nescit, aequa perniciosus est atque Bellerophontae litterae), de saltat. 42, [de astrol. 13, Tragodop. 254]. —

Restat, ut aliquot alias personas Homericas ab Luciano in usum suum conversas adiciam. Somnii Agamemnonis (**B** 6 sqq.) ratio habetur Iupp. tr. 40<sup>27)</sup>, clipei Achillis praeter locum de saltat. 13. Icar. 16: *τὰ μὲν τοι κεφάλαια τῶν πραγμάτων τοιαῦτα ἐφαίνετο, οἵα φῆσιν Όμ.* *τὰ ἐπὶ τῆς ἀσπίδος* (**Σ** 490 sqq.). *οὐ μὲν γὰρ ἡσαν εἰλαπίναι καὶ γάμοι, ἐτέρῳθι δὲ δικαστήρια καὶ ἐκκλησίαι, καθ’ ἐτερον δὲ μέρος ἔθνε τις, ἐν γειτόνων δὲ πενθῶν ἄλλος ἐφαίνετο;* cf. de hist. escr. 19, ubi descriptionem scuti Luc. ab descriptione scuti Agamemnonis (**A** 32–40) mutuatur. Xanthus, equus Achillis, quem *αὐδήντα ἔθηκε θεὰ λευκώλενος Ήρη* (**T** 407), commemoratur gall. 1, Achilles una cum Patroclo am. 1 et 54, ubi citatur **K** 191. Ut Achilles pulchritudinis exemplum est, sic Nestor experientiae et verbositatis; cf. pro im. 20, Men. 18, praeterea Tim. 48. Nec neglegendum est Iros: Men. 15 is ab rege Phaeacum discerni nequit, nav. 24 nomen idem significat quod „egenus“ (*οἱ δὲ νῦν πλοίσιοι πρὸς ἐμὲ Ιοὶ δηλαδὴ ἀπαντεῖς*). Concludant hanc seriem personarum ex Homero petitarum Teucus, (Nigr. 37 *ἄγαθὸς τοξότης καὶ Τεύχος ὅμοιος* cf. **Θ** 281 sqq.), Protesilaus, qui primus Graecorum cecidit (dial. mort. 19 *ἡμιτελῆ μὲν τὸν οἶκον καταλιπὼν, χήραν δὲ τὴν νεόγαμον γυναῖκα* cf. **B** 701 *καὶ δόμος ἡμιτελῆς*); cf. ib. 23, Euphorbus, a Menelao imperfectus (**P** 51. 52, gall. 13), Sarpedon (**B** 459, ver. hist. **I** 17)<sup>28)</sup>. — Naturam hominum mortuorum fabulasque de iis traditas, quibus utatur Lucianus, plane consentire cum iis, quae apud Homerum inveniantur, supra dixi. Accedit, quod dial. mort. 15, 1 Antilochus ad Achillem: *ἡρῷομην γὰρ, ὅπότε ἔφης, inquit, βούλεσθαι ἐπάροντος ὥν θητεύειν παρά τινι τᾶν ἀκλήρων, φῆ μὴ βίοτος πολὺς εἴη, μᾶλλον ἡ πάντων ἀνάσσειν τῶν νεκρῶν* (cf. λ 488 sqq.) Deinde cum dialogo mortuorum 17 cf. λ 582–92 (fabula, quae est de Tantalo). Consentunt etiam verba (*ἐπὶ τῇ λίμνῃ ἐστῶς =*

27) Somnia volare significat Luc. Tim. 20: *πτηνὸν ὄψει πολὺ τῶν ὀνείρων ὠκύτερον.*

28) Praeterea de hist. escr. 8 commemorantur equi a Borea prognati, qui *ἄκρον ἐπ’ ἀνθερίκων καρπὸν θέον* οὐδὲ *κατέκλων*, Phalar. II 8 Delphi (cf. **B** sqq. *Πυθῶνά τε πετρήεσσαν*).

*έσταότ' ἐν λίμνῃ*). Res dial. mort. 29 narratae haustae sunt ex vss. λ 542—63. Wiel. mihi in eo errare videtur, quod dicit (II p. 295): „Homer ist eigentlich wieder der leidende Teil.“ Nam non Homerus in diall. mortt. risui habetur, sed rerum humanarum vanitas. Agamemnon quod alloquitur Aiacem: *οὐτε προσέβλεψας αὐτὸν — οὐτε προσειπεῖν ηγίωσας — ἀλλ' ὑπεροπτικῶς μεγάλα βαίνων παρῆλθες*, consentit cum vss. λ 563. 64. In Tartaro cum versemur, is, quae attuli, addendum mihi esse existimo, Sisyphum nav. 24<sup>29)</sup> (*Σισύφειόν τη βάρος* cf. λ i593—600) et bis accus. 21 galeam Plutonis (*E* 845) commemorari. Abundat fabulis rebusque ex Homero sumptis, quatenus ad inferos pertinent, *Μένιππος* dialogus. Cp. 9 *μελίκων* Ulixis recurrat; cf. Char. 22. Tum ornandi causa allatus est vs. λ 5 (non Λ 5 Z.). Item atque apud Homerum fovea effoditur, oves mactantur, sanguis libatur. Tum vs. sequitur, cuius pars dimidia verba Homericā repetit: *καὶ νυχίαν Ἐχάτην καὶ ἐπαινὴν Περσεφόνειαν* (cf. *I* 457. 569. ω 491. 534, λ 47). Hecate non est Homericā. Cp. 10 citatur *Y* 61 (non λ 61 Z.), quod similitudine rerum factum est. 11 *λειμῶν μέγιστος — ἀσφοδέλῳ κατάσυντος* ex Hom. ω 13 repetitur. Wiel. in translatione versum habet (*τετριγνῖαι = τρίζονσαι* ω 5). 14 apud inferos commemoratur praeter Ixiona Sisyphus quoque (λ 493), Tantalus (λ 582 sqq.), cuius tormenta in proverbium venerunt — cf. Tim. 18, ubi de Danaidum dolio fabula eodem modo adhibetur —, Tityos (*γηγενῆ = Γαῖς ἐρικυδέος νιόν* λ 576). Citatur *Γ* 157 18, 2. 21 Menippus Tiresiae vaticinium petit ut Ulices ap. Homerū; ib. verba *ώς εἰπὼν πάλιν ὥρτο καὶ ἀσφόδελον λειμῶνα* hemistichium Homericum continent (λ 539. 573, ω 13), cf. hymn. in Merc. *ἀλλὰ πάλιν τέτραπται ἐς. ἀ. λ.*

Quamquam omnia me congesisse, quae Lucianus ab Homero esset mutuatus, contendere non ausim, tamen ea, quae attuli, suffectura spero. Quae cum congererem, ostendere volui, quam magnam multitudinem non modo versuum ac verborum, verum etiam fabularum ex Homeri carminibus Lucianus in sua opera transtulerit. Neque unquam res ab illo narratas ex suo arbitrio immutavit, nisi vero dedita opera fabulosa narrat perque iocum Homerū falsa protulisse dicit ut ver. hist. II 32, ubi non duas portas somniorum esse ait — cf. τ 562 —, sed quattuor, aut aliquid reperitur in verbis Homeri, ex quo conjectura potes assequi ea, quae profert Lucianus. Vix unum in hac re errorem admisit — nihil enim inveni, quod eo nomine possit appellari praeter locum Iupp. tr. 10, ubi Apollo *πολύχρονος* appellatur, sive ea, quae narrat, redarguere vult, sive ludibrio habet, sive vera esse existimat. Hoc ei tenendum erit, qui de iis Luciani scriptis, de quibus iam disserturus sum, iudicare volet. In hac enim ultima dissertationis meae parte ostendere mihi in animo-est, rationem, quae intercedit inter Homerū et Lucianum, non parvi aestimandam esse in nonnullis libris, de quibus dubitatur, sintne adiudicandi Luciano an non.

Nam in dialogo *περὶ παρασίτου ἡ ὅτι τέχνη ἡ παρασιτική*, quem Imm. Bekk. Luciano abiudicavit, res ab Homero narratae commemoratae que personae si non immutantur, at praeter consuetudinem a Luciano scurriliter in usum suum convertuntur et ad res veras accedit Luciani interpretatio quaedam iocularia. Homerū (*ὁ σοφὸς Όμηρος*) artis parasiticae admiratorem esse existimat (10), cum dicat, finem bonorum esse, gaudio exultantem cibo potuque frui (ι 5 sqq.) At ille nihil exprimere voluit nisi Ulixem conviviis delectari, ipsene cenae dominus sit an alias quidam, in medio relinquenter, neque quidquam dixit de eo quod est

<sup>29)</sup> In eodem dialogo Wielandio ep. 21 *διάκονοι χρυσοῖ* ad Homerū vs. η 100 respicere videntur.

*παρασιτεῖν* i. e. epulari apud alium quendam. Tum in libello invenitur illud ἄσπαρτα καὶ ἀνήροτα cp. 24 citanturque vss. 108. 9. Deinde artem parasiticam aliis virtutibus praestare ait tanto quanto Nausicaam ancillis (§ 102 sqq.). Denique fortissimum quemque et sapientissimum virum inter Graecos Troiam obsidentes fuisse parasitum dicit cp. 44; primum Nestorem — verba οὗ ἀπὸ τῆς γλώττης ὥσπερ μέλι ὁ λόγος ἀπέρρει ut Herc. 3 aliis locis —, quem Agamemnon laudet ut vix alium quemquam: οὐδὲ γὰρ δέκα Αἴαντας εὑχεται γενέσθαι αὐτῷ οὐδὲ δέκα Ἀχιλλέας· πάλαι δ' ἀνέλωκέναι τὴν Τροίαν, εἰ τοιούτους δποῖος ἦν οὗτος ὁ παράσιτος, καίπερ γέρων ὅν, στρατιώτας εἶχε δέκα (cf. B 371 sqq., ubi Hom. apte ad mores Nestoris verbo συμφράδμονες utitur). Pari modo, inquit, Hom. Idomenea Agamemnonis parasitum esse ait, citans locum A 262. 3 σὸν δὲ πλεῖον δέπας αἱεὶ Ἔστηχ', ὥσπερ ἐμοὶ, πιέειν δτε θυμὸς ἀνώγοι, quem tum ridicule et inepte sic interpretatur: οὐχ ὅπι τὸ ποτήριον διὰ παντὸς πλῆρες εἰσιήκει τῷ Ίδομενεῖ, καὶ μαχομένῳ καὶ καθεύδοντι. Auctorem libri περὶ παρασίτων hoc loco Homeri verba depravasse animadvertisse iam Wiel. I p. 271 adnot. 38. Alios autem viros fortes modo certis diebus apud Agamemnonem esse epulatos, ut Aiacem — verba εἰς Ἀγαμένονα δῖον ἄγον repetuntur ex H 312 —; ὁ δὲ Ίδομενεύς, inquit, καὶ ὁ Νέστωρ δσημέραι συνεδείπνοντας τῷ βασιλεῖ, ὡς αὐτὸς φησι. Id nunquam fieri, nisi vero vs. B 405 detorqueatur, idem animadvertisse Wiel., qui interesse inter verba Homeri et eius, qui hunc dialogum conscripsit, perspexisse videtur. Tum in numero parasitorum refertur Patroclus, cuius res bene gestae 46 enumerantur, et oportuisse ait parasitum a tribus occidi, a dis duobus et uno viro — ab Apolline, Hectore, Euphorbo; cf. II 783—822 —, concludens versibus II 847. 48, quos per iocum apte ad mores parasiti interpretatur. Ad cp. 47 ut pergam, Patroclum parasitum fuisse eo comprobatur, quod ab Achille petierit, ut ossa sua prope amicum sepelirentur, allatis vss. Ψ 83 sqq. μὴ ἐμὰ σῶν ἀπάνευθε —, ubi verbum θεοάπων ioculariter pro παράσιτος sumitur. Quid? quod in eodem capite Meriones Idomenei parasitus esse dicitur, qui ipse paulo ante Agamemnonis parasitus erat? Restat, ut adiciam cp. 49 ad consilium Ulixis respici, qui T 155 sqq. ut pransi potique milites in proelium proficiscantur suadet.

Quamquam has, quas attuli, res solas satis esse ad libellum περὶ παρασίτων Luciano abiudicandum contendere non ausim, nisi aliae causae accedant, tamen eas suspicionem movere nemo negabit. Sed rem in medio relinquam, dum alias causas certas invenero; divinationi enim cuidam talibus in rebus fides habenda non est.

Idem iudicandum est de libello περὶ ὁρχήσεως, quem subditicium esse praeter Bekkerum Fritzschius quoque arbitrari videtur nec vero Sbrdt. (III p. 139) eum genuinum esse persuasum habet. Ceterum Wiel. quoque (IV p. 373 sq.) dialogum laude indignum esse censem. Cp. 8 artem saltandi veterem esse, comprobatur exemplo Merionis, quem Aenas ita appelle: *Μηριόνη*, τάχα κέν σε καὶ ὁρχηστήν περ ἔοντα Ἔγκος ἐμὸν κατέπανσε (II 617. 18); tamen hastam Aeneae eum effugisse propter id ipsum, quod saltator fuisset. Tum 13 saltationis mentio fit, quam Homerus in scuto Achillis finxerit (Σ 593. 605. 6), et Phaeacum, quam miratus sit Ulysses (9 256—58. 64. 65). Illic haec verba inveniuntur: ἐν δὲ χορὸν ποικιλλε περικλυτὸς ἀμφιγυνήεις, Τῷ ἵκελον οἵον ποτ' ἐνὶ Κνωσῷ εὐρείη Λαίδαλος ἢ σκηνεν καλλιπλοκάμῳ Ἀριάδνῃ, cum quibus quemadmodum conspirent verba Luciani ἢ δὲ Ουηρος ὑπὲρ Ἀριάδνης ἐν τῇ ἀσπίδι πεποίηκε iutellegere non possum. Locus nisi vitiatus est, barbariem resipit ab Luciano alienam. Accedit, quod κυβιστηῆρες non saltatores, sed ioculatores sunt. Sane Aristarchus vs. 606 scripsit ἐξάρχοντες electis verbis μετὰ δέ σφιν ἐμέλπετο θεῖος ἀοιδὸς Φορμί-

ζων (Lehrs Arist. 3 p. 140). Magis etiam offendit, quod Proteus (δ 410 sqq.) pantomimus insignis fuisse dicitur, qui omnes formae mutationes sola arte effecerit. Tali modo fabulas Homericas detorquere non videtur Luciani proprium. Cp. 23 ad eundem Homerum respicitur: illum (N 636 sq.) arti saltandi epitheton ἀμύμων tribuere, artem cantandi ὑδεῖαν appellare; revera Hom. verbo γλυκερός utitur. Tum vss. N 730 et α 421 inter se coniunguntur, nec vero ea parodia existimanda est cum Ziegelero, quadrant enim versus in verborum conexum. Contra cum Lucianus illos duos versus ad sententiam suam comprobandum ex duabus diversis carminum Homericarum partibus conglutinaverit, nemo, credo, ei fidem habebit, si apud eum scriptum videbit: καὶ ἔοικεν εἰς δύο διηγηκώς δ' Οὐ. τὰ πάντα πράγματα, πόλεμον καὶ εἰρήνην, τοῦς τοῦ πολέμου μόνα ταῦτα. ἀντιτεθεικέναι.

Quae cum ita sint, an falso inscriptum sit huic quoque dialogo nomen Luciani, sum incertus. Contra longe aliter res se habet cum in Philopatride tum in libello περὶ θνσιῶν.

Philopatris dialogus uno omnium consensu spurius esse iudicatur, sed de eo mihi planius disserere in animo est, ut quae ratio intercedat inter Homerum et libri subditicii auctorem appareat. Iam Gesnerus dialogum adulterinum esse persuasum habebat, Ddf. praeter consuetudinem nihil dixit de ea quaestione. Ac primum quidem mirum est, quam saepe Homeri ratio habeatur. Auctor etiamsi id Luciani esse proprium recte cognovit, tamen transiit modum: cf. Wiel. VI p. 384 adnot.: „Der Autor, dessen ganzes Werkchen überhaupt von Lucianischen Reminiscenzen wimmelt, zeigt sich besonders auch darin als einen Nachahmer von der geschmacklosesten Art, dass er alle Augenblicke in Homerischen Versen oder Halbversen spricht, so dass diese Anspielungen, die Lucians Werken Urbanität und Grazie geben, bei ihm durch ihre unzeitige und zwecklose Aufhäufung zur ekelhaftesten Pedanterey werden.“ Sed translationes ex Homero plures sunt, quam indicibus si fidem habeamus vel primo obtutu videntur. Ad quas priusquam accedam, pauca mihi ascribere liceat, quae me Philopatridem legentem offenderunt. Praeter ἀπαξ εἰρημένα: συννεύω = contrahere, παλαστέω = manu amovere, quod forsitan falso ex Homeri α 252 translatum sit, ubi legendum est τὸν δὲ παλαστήσασ (indignata), σκοτοδινέω, memoratu digna sunt verba γεινιάζω (= vicinum esse; eadem vi Arist. Eccl. 327. Dem. 55, 3), quod, Papio si credimus, apud Lucianum idem significat, quod „similem esse“, ἀναπεμπάζω hoc uno loco et apud scriptores temporum posteriorum (e. g. ap. Heliodorum IV to p. Chr. saeculo) usurpatum, cum apud Lucianum ἀναπεμπάζομαι inveniatur e. g. gall. 5. Item verbo ἀποψύχω Luc. passive utitur atque eo ipso de Niobe vit. auct. 25. Sed ad Homerum iam mihi pergendum est. Primum, quibus locis novae ex Homero translationes inveniantur, exponam, tum, quae et apud Lucianum extant et in Philopatride, postremum quae falso ex Homero translata sint.

Cp. 1 κερδαλεόφρονι ἔοικας A 149 Λ 839 (nusquam in Odyssea) cf. Opp. Cyn. 2, 29, παλαιστήσοντα cf. supra. 2 ἀρίγνωτος saepissime apud Homerum, nullo omnino alio loco invenitur, si modo fides habenda est Papio, Jacobito, Seilero; ἄμπτνενσον cf. ἄμπτνε X 222. Idem verbum in eodem capite recurrit, ut plus semel eadem voces repetuntur, quod a Luciani consuetudine procul abhorret, nam is ex copia vocabulorum nova semper promit et saepe eandem notionem variis modis exprimit. Porro 8 ἐτεραλκέα τὴν νίκην ποιεῖ cf. H 29 Θ 171 Π 362 P 627 χ 236, Hentze ad H 26, ib. μηρία καίωμεν ταύρων ἥδ' αἴγων (A 40. 41); 9 ἐπαοιδίαις τ 457 (sing.); 10 ἐς τὸ γλυκύτατον φάος: notum est alloquium Homericum blandum γλυκερὸν φάος (π 23, ρ 41). Versus in cp. 12 incipiunt ab hexametro, qui transit in orationem metro solutam,

et in numerum iambicum exeunt (Eurip. fr. 935). Eius modi versus et prosam orationem intermiscere non est Luciani nec minus apud eum inusitatum est, singula verba Homerica, ut ἐπαιοιδίαις, textui inserere. Homerica autem in versibus, quos commemoravi, inveniuntur haec: ἄμβροτος in eadem versus sede **Y** 358 **Ω** 460 (ἄμβροτον **X** 9 ω 445), Οὐρανίωνες in versus exitu **A** 570 τ 15 ν 43 aliis locis; cf. Luc. Icar. 2. Tum exstat cp. 21 μετέειπε, 25 θυμολεόντων cf. e. g. **H** 228 δ 724, 28 παραδόμης γε ποσὶ μηδὲ παρέλθης, cf. Θ 230 ποσὶν μή τις με παρέλθῃ, 29 δούλειον ἥμαρ ἄγονια cf. **Z** 463 δούλιον ἥμαρ, § 340, ρ 323. Ἅγω idem significans quod „dego“ apud Homerum non reperitur. Fortassis auctori loci ante oculos versabantur qualis est σ 137 οἶον ἐπ' ἥμαρ ἄγησι.

Versum versuumque partium translationes ex Homero novas notavi hasce. Cp. 1 οὐκ ἀτεῖς cf. σ 11, 2 μή τι κακὸν παθέης cf. ρ 596 μή τι πάθης, **E** 567 μή τι πάθοι, **K** 538 μή τι πάθωσιν, **A** 470 μή τι πάθησιν, **Y** 126, **P** 242, **Ω** 551, 3 ἐπεί σε πρῶτον (emendandum in πρῶτα ex ν 228; cf. ο 260) κιχάνω τῷδ' ἐνὶ χώρῳ, 4 ἀμνημέναι σε Homerum resipit, sed in eadem prorsus forma nusquam apud eum invenitur, quem errorem Lucianus non admisisset; cf. ἀμνήνειν c. acc. **X** 84 ω 38, forma ἀμνημέναι χ 214 **E** 486 **I** 518 **N** 464 **Ξ** 362 **P** 182. Cp. 14 citantur, ut Μοῖραν esse comprobetur, vss. **Z** 488 et **Σ** 117 sqq. Ei, qui sequuntur, vss. non ex **Y** 127 sqq. (Wiel.), sed ex η 196 sqq. translata sunt (κατὰ Κλωθες ponendum est pro Κατακλωθες). Tum afferuntur vss. φ 314. **Π** 442. 459 sqq. Adversarius quoque Homerum testatur: esse apud eum etiam δικταδίας Κῆρας, quod appareat ex **N** 665 sqq. et 411 sqq.; altera pars vs. 414 memoria auctoris exiit, praeterea ἵκωμι in ἵκωμαι immutavit. Ad ornandam orationem 16 citatur **I** 416. 23 respicit ad **Θ** 14. Cum cp. 23 praeterea cf. ο 164 sq. (οἵ δὲ ἴδοντες Γήθησαν).

Non commemoravi adhuc eas translationes, quae apud Luc. quoque reperiuntur. Cp. 1 βυσσοδομεύω recurrit cal. 24, ib. ad ornandam orationem citatur ὥχρος τέ σεν εἴλε παρειάς cf. Iupp. tr. 1, 9 νήσῳ ἐν ἀμφιρύτῃ, Κρήτην δέ μιν καλέονσιν; verba tria prima sumpta ex α 50. 198 recurrent Char. 14, καλέονσιν versum concludens e. g. **Ω** 316 —, 18 citatur vs. **I** 313, cuius ratio habetur etiam cal. 24, 23 τίς πόθεν sqq. (χ 325) cf. Tyrann. 5 Icar. 23. Ib. Telemachus νησιώτης ἐκεῖνος ὁ νεανίσκος domum Menelai admirans inducitur, quod pluribus fuit locis Lucianeis.

Gravioris sunt momenti ea, quae auctor Philopatridis falso ex Homero transtulit, cum quibus coniungendae sunt eae formae mutationes, quarum supra mentionem feci. Nam cp. 4 auctor Homero usum epithetorum Τιτανοκράτωρ et Πιγαντολέτης assignare videtur: παρὰ δὲ τῶν ποιητῶν **T**. καὶ **Π**. ἀνημεῖται ὡς καὶ παρ' Ομήρῳ. Haec vocabula desunt apud Homerum; nam locus Batr. 282, ubi Τιτανοκτόνος exstat, nihil valet. Epitheta sumpta sunt ex Luciano ipso Tim. 4: ἀλλ' ὁ γενναῖος Πιγαντολέτωρ καὶ Τιτανοκράτωρ κάθησο. Cp. 6 ἀλλὰ καὶ σεισίχθων — ἐπονουμάζεται (sc. Neptunus), sed sunt eius epitheta, ut notum est, ἐνοσίχθων et ἐννοσίγαιος.

Res ab Homero narratae recurrent in Philopatride per paucae, quae non aut aliis quoque locis narrentur aut falso tradantur. Cp. 4 fabula refertur **O** 22 sqq. narrata: ἦ ἀγνοεῖς ὡς τοὺς θεοὺς δίπτασκον ἀπὸ τοῦ θεσπεσίου βηλοῦ (cf. **A** 591); ib. commemoratur τὸ καὶ Λιθίοψι συνωχεῖσθαι ἀνδράσι μελαντέροις καὶ τὴν ὅψιν ἔζοφωμένοις καὶ ἐς δώδεκ' ἥλιονς μὴ ἀφίστασθαι (cf. **A** 423 sqq.), quod recursit Iupp. tr. 37 aliis locis; ib. dicitur Neptunus in pugna clamavisse ὅσον ἐννεάχιλοι ἄνδρες ἦ δεκάχιλοι. Quid ait Homerus? **E** 859: ὁ δ' ἔβραχε

*χάλκεος Ἀρης, ὅσσον* —. Cp. 6 Neptunus adulterium Martis Venerisque intuens illacrimasse dicitur δακρυρροῶν ὥσπερ τὰ βρεφύλια τοὺς διδασκάλους δεδιότα. Wiel. rem acu tangit, cum dicit: „Davon sagt Homer, dem dies Göttermärchen im skurrilen Ton nacherzählt wird, kein Wort.“ Cf. ḡ 344: οὐδὲ Ποσειδάωνα γέλως ἔχε, λίσσετο δ' αἰὲν Ἡφαιστον κλυτοεργὸν, ὅπως λίσσειεν Αρηα. Nam is, ut decentia in Olympo servetur, curat; cf. Gladstone-Schuster, Homerische Studien (Leipz. Teubn. 1863) p. 194. Cp. 11 ad Iunonem respicit ἐξ ποδοῦν καὶ χεροῖν ἐκτεταμένην, cf. O 23 sqq. Cp. 21 Critias ad christianos: καὶ ἔμοιγε, inquit, δοκεῖτε ἐπὶ Λευκάδα πέτρην καὶ δῆμον ὄνειρων καταδαρθέντες τοσαῦτα ὄνειροπολεῖν, secutus, ut videtur, vss. ω 11. 12: πὰρ δ' ἵσαν Θεανοῦ τε ὁδὸς καὶ Λ. πέτρην ἥδε παρ' Ἡλέοι πύλας καὶ δῆμον ὄνειρων ἦσαν. Leucas rupes in luce est, unde nomen ipsum videtur ductum esse, somnia in tenebris; cf. V. H. Koch ad l. l. Poetarum amator non est auctor Philopatridis (ep. 2 οἱ ἐμβρόντητοι ποιηταί sumptum ex Luc. Tim. 1), ipse autem poeta pessimae notae; cf. vss. ep. 28. Religioni christianorum insultat ep. 12 ratione Luciano nequaquam digna; cf. quae Sbrdt. I p. XXXIII sqq. de ea re protulit. Quamquam Homerum verbis ὁ ἀοίδημος ποιητής ornat, tamen in eius carminibus multo minus versatus est quam in scriptis sacris; cf. ep. 17 cum psalm. 104 v 2. Nam locos, quibus Homericarum vel vocum vel rerum mentio fit congettus paene quadraginta, in quo numero sine ulla dubitatione octo apud Lucianum recurrent, quattuor res ab Homero traditae detorquentur, quod fieri nequit ab Luciano, qui Homeri carmina diligentissime lectitavit et memoria tenet.

Similiter auctor libelli περὶ θνητῶν Homerum ioculariter detorsit, quod qui reslexerit, facere non poterit, quin illum librum a Luciano scribi potuisse neget. Accedit, quod res ab Luciano ex Homero petitas repetit auctor eius libelli nec vero, ut factum est aliis locis haud dubie Lucianeis verbis immutatis, sed plane eisdem. Nemo autem, qui Lucianum paulo diligentius legerit, eum sua ipsius verba transcripsisse concedet. Sed ad eam rem proprius accedamus. Sbrdt. et Bekk. libellum subditicium esse arbitrantur, nec tamen, id quod in illa quaestione etiam a ceteris praetermitti solet, causas proferunt. Alii, ut videtur, Luciano adiudicant. Ziegelerus et Buchwald., qui in eadem qua ego quaestione versati sunt, locos illius libri in dissertationes suas transferre non dubitaverunt. Sane non ignoro, perdifficilem esse eam quaestionem recteque mihi Fr. dixisse videtur (III 2 p. LXXI): „Omnino hoc criticae genus tam difficile est tamque ambiguum, ut non modo summi viri crebro inter se dissentiant, verum etiam eidem interdum addito tempore ab semet ipsis deficiant et desciscant“ nec minus recte (p. LXXVII): „Ergo si quis de Luciani libris partim genuinis partim subditis iudicare voluerit, ei summa opus est et diligentia et cautione.“ Nihilominus cum alios libros, Luciani nomine qui feruntur, suspicionem mihi movisse dixerim, libellum περὶ θνητῶν subditicium esse pro certo posse confirmare mihi videor. Quod ut comprobem, locos Homericos ordinem capitum sequens percensebo, quibus eos adiciam, quos auctorem libelli ex Luciano transcripsisse persuasum habeo.

Cp. 2 Juppiter apud Aethiopas cenans inducitur; cf. Prom. 17, Jupp. tr. 37, bis accus. 2, ib.: τὸ δὲ σῶν ἐπανελθεῖν ἐξ Ἰλίου ἐς Πύλον ταύρων ἐννέα (sc. πωλοῦντα). Id respicit ad γ 178 Ποσειδάωνι πόλλ' ἐπὶ μῆρ' ἔθεμεν, πέλαγος μέγα μετρήσαντες. Similis error in eodem capite his continetur verbis: Ἐπάβη ἐποίατο τὸ μὴ ἀλῶνται τὴν πόλιν παρὰ

τῆς Αθηνᾶς βοῶν δώδεκα; sed Z 263 Hector ei, ut id faceret, suadet. Verba, de quibus iam disserendum est, ipsa ascribam, ut ea cum Homericis possis comparare; nam ita optime intellegi posse arbitror, quid de ea re sit iudicandum quantumque intersit inter Homeri suavitatem et huius ineptias.

A 37 sqq.

Κλῦθι μεν, ἀργυρότοξ, ὃς Χρύσην ἀμφιβέβηκας  
Κίλλαν τε ξαθέην Τενέδοιό τε ἵψι ἀνάσσεις,  
Σμινθεῦ, εἴ ποτέ τοι χαρίεντ' ἐπὶ νηὸν ἔρεψα,  
ἢ εἰ δή ποτέ τοι κατὰ πίονα μηρὸν ἔκηρα  
ταύρων ἡδ' αἴγων, τόδε μοι κρήνην ἐέλθωρ,  
τίσειαν Δαναοὶ ἐμὰ δάκρυα σοῖσι βέλεσσιν.

de sacrif. 3

Ὥ βέλτιστε Ἀπολλον, ἐγὼ μέν σου τὸν νεών  
τέως ἀστεφάνωτον ὄντα πολλάκις ἐστεφά-  
νωσα καὶ τοσαῦτά σοι μηρία ταύρων καὶ αἴγων,  
ἔκανσα ἐπὶ τῶν βωμῶν, σὺ δὲ ἀμελεῖς μον  
τοιαῦτα πεπονθότος καὶ παρ' οὐδὲν  
τίθεσαι τὸν εὐεργέτην.

Id est verba Homeri scurriliter et nugatorie detorquere. Res autem traditas ineptissime immutare iisque vim nervosque detrahere id est, quod nos dicimus „Travestie“, oppositum parodiae, qua, ut vidimus, poeta, cuius ex carminibus verba ad aliud aliquod argumentum translata deprompta sunt, non habetur ludibrio. Contra hic poeta ipse tali modo corruptus atque deformatus risum movet, quod qui facit, poetae est contemptor. Quae cum animadvertissem, gavisus sum Wiel. translationem evolvens, qui rem acu tetigit, cum diceret (V p. 219): „So ungezogen spricht freilich Chryses beim Homer nicht mit seinem Apollo; indessen ist nicht zu leugnen, dass das Gebet des Priesters in einer travestierten Iliade so lauten würde.“ Sed in peius fingere aut in pravum detorquere poetam non est Luciani. Porro ep. 4 sermo fit de Apolline, qui dicitur ex caelo relegatus esse ἐπὶ τῷ τῶν Κυκλώπων θανάτῳ et in Admeti operis fuisse, tum καὶ ἐν Φρογίᾳ, inquit, παρὰ Λαομέδοντι, παρὰ τούτῳ γε οὐ μόνος, ἀλλὰ μετὰ τοῦ Ποσειδῶνος ἀμφότεροι πλινθεύοντες ὑπὸ ἀπορίας καὶ ἐργαζόμενοι τὸ τεῖχος, καὶ οὐδὲ ἐντελῆ τὸν μισθὸν ἐκομίσαντο παρὰ τοῦ Φρογὸς, ἀλλὰ προσώφειλεν αὐτοῖς πλέον ἢ τριάκοντα, φασὶ, δραχμὰς Τρωϊκάς; cf. Φ 41 sqq. Longum est, omnes repetere ineptias; hoc satis erit dicere, auctorem libelli multo melius facturum fuisse, si verba Homeri vs. 453 sqq. σοὶ μὲν ὁ γ' ἡπείλησε πόδας καὶ χεῖρας ὑπερθεν δήσειν, καὶ περύαν νήσων ἐπὶ τηλεδαπάνω στεντο δ' ὁ γ' ἀμφοτέρων ἀπολεψέμεν οὖτα καλκῷ ad deos irridendos in usum suum convertisset, quod quin Lue. potius fuerit facturus non est dubium, quam ut Homerum tam ridicule detorqueret. Ceterum ne causa quidem, qua dei ab Iove puniti essent, usquam dilucide prolata est apud Homerum, nisi forte verba μοῦνοι νῶι θεῶν (443) et πὰρ Λιὸς ἐλθόντες (444) significant, id quod A 400 sqq. narratur eius exilio causam fuisse, ubi Zenodotus legi voluit Φοῖβος Ἀπόλλων; cf. V. H. Koch ad l. l. Cp. 5 init. poetas Musam invocare significat auctor libelli. Tum transit ad fabulas, quae de Vulcano, Prometheo, Saturno, Rhea circumferuntur, quarum aliis locis permultis Lucianeis mentio fit. „De aquila Promethei occurrit κολάπτειν in loco gemino de sacrif. § 6 fin.“ Fr. ad Prom. 8 (III, 1 p. 129). Deinde (5) fabulam repetit, qua Saturnus suos ipsius liberos devorasse, Rhea ei pro Iove lapidem devorandum dedisse fertur; cf. cum verbis ἐξέτεμε τὸν πατέρα τὸν Οὐρανόν Sat. 12 τὸν πατέρα ἐκτομίαν πεποιηκὼς τὸν Οὐρανόν, cum verbis ἐβασίλευε τε ἐν αὐτῷ (sc. in caelo) Tim. 4, cum verbis τὰ τέκνα κατήσθιεν ὕσπερ ὁ Ἀργεῖος Θυέστης de saltat. 80 καὶ τὴν τοῦ Κρόνου τεκνοφαγίαν παρωρχεῖτο καὶ τὰς Θυέστον συμφοράς, qui consensus haud scio an fortuitus sit et ex communi fluxerit fonte. Iuppiter in amore effusus cum alibi (e. g. Tim. 16) tum in dialogis

deorum fingitur; quare se transformat in aurum, in bovem, in cycnum, in aquilam: cf. dial. deor. 2, 1 οἰδέν εστιν δὲ μὴ πεποίηκάς με (sc. Cupido) —, σάτυρον, ταῦρον, χρυσὸν, κύκνον, ἀετόν; 5, 2 ἐπὶ τὴν γῆν κάτει μοιχεύσων χρυσίον ἢ σάτυρος ἢ ταῦρος γενόμενος; 12, 1 δὲ τὸν μὲν Δία πολύμορφον ἐπιδεικνύεις; cf. praeterea Tim. 21, dial. mar. 12, 1, gall. 13, deor. dial. 20, 14. — Minerva ex Iovis capite natam esse significat Lucianus deor. dial. 8, Bacchum ex sura ib. 9, quae omnia recurrent in libro περὶ θντων. Cp. 16 Iuno Vulcanum peperisse dicitur ἄνευ τῆς πρὸς τὸν ἄνδρα ὅμιλίας ὑπηρέμιον. Qui fons est huius fabulae? Nonne est res ficta et commenticia? Tum Vulcanus depingitur his verbis: βάνανσον καὶ χαλκέα καὶ πυρίτην ἐν καπνῷ τὸ πᾶν βιοῦντα καὶ σπινθήρων ἀνάπλεων, οἷα δὴ καμινευτὴν (ἀπ. εἰρ.!) καὶ οὐδὲ ἄρτιον τὰ πόδε, cum quibus velim conferas dial. deor. 5, 4 χωλεύοντα, ἐξ τῆς καμίνον ἥκοντα, ἐπὶ σπινθήρων ἀνάπλεων; cf. praeterea d. d. 15, 1. Vulcanus e caelo deicitur etiam Char. 1, Iupp. conf. 8, unde nonnulla verba alia fluxerunt: χωλός εστι καὶ βάνανσός τις καὶ πυρίτης τὴν τέχνην. Quis ita Lucianum suorum ipsius verborum furtum fecisse crediderit? Tum hoc quoque loco libelli περὶ θντων nomen exstat Promethei, de quo quae circumferantur fabulas apud Lucianum non semel narrari non est, quod exponam. Deinde memoratu digna sunt verba Πέα γραῦς ἡδη καὶ ἔξωρος οὖσα καὶ τοσούτων μήτηρ θεῶν, παιδεραστοῦσα δ' ἐπι καὶ ζηλοτυποῦσα; cf. dial. deor. 12, 1 τὴν Πέαν αὐτὴν γραῦν ἡδη καὶ μητέρα τοσούτων θεῶν οὖσαν ἀνέπεισας παιδεραστεῖν (de Atti agitur). Adulterium Martis Venerisque commemoratur etiam dial. deor. 17, gall. 3, de saltat. 63, [Philopatr. 6], Endymion cp. 7: τῇ Σελήνῃ πρὸς τὸν Ἔνδυμίονα καπιούσῃ πολλάκις ἐξ μέσης τῆς ὁδοῦ; cf. d. d. 11, 1 ἐνίοτε δὲ καταβάίνειν παρ' αὐτὸν ἐξ μέσης τῆς ὁδοῦ. Tum Pseudolucianus ad contemplandum caelum accedit, in quo depingendo plane se Homerum Hesiodumque duces sequi velle ait. Hic quin quaeram, quidnam auctori libelli propositum fuerit — voluit enim ostendere, deos sacrificiis indignos esse — et quo tandem aberret, facere non possum. Homericum caelum χαλκοῦν appellare ait, quod consentit cum **P** 425. Caeli descriptio sumpta videtur ex Icar. 5: αὐτίκα με φῶς πάμπολν περιέλαμψε (apud nostrum φῶς τε λαμπότερον φαίνεται, tum κατακύψας εἰς τὸν γῆν (apud nostrum ἀνακύψαντι)). Horas caeli ianitrices invenies etiam Iupp. tr. 33 (cf. **E** 749), Irin, deorum nuntiam, dial. mar. 10, Mercurium locis innumeris, Vulcanum sedum caelestium aedificatorem et ornatorem dial. deor. 16, 1 (cf. **A** 606 sqq. **Z** 166 sqq. 388 sqq.). Cp. 9 citatur vs. **A** 1 οἱ δὲ θεοὶ πὰρ Ζηνὶ καθήμενοι, item verba κνῖσαν ἐλισσομένην περὶ καπνῷ ex **A** 317 (= Prom. 19). De Ixione cf. deor. dial. 6: ὑβριστῆς γε ὕν, Necyem. 14, de hist. cscr. 57, [Tragodop. 11], omnibus locis una cum Tantalo. Cp. 10 Iovis sepulcrum, quod est in Creta insula, commemoratur, quod locis fit apud Lucianum permultis: cf. Tim. 3, Iupp. tr. 45, Philops. 3, [Philopatr. 10]. Cp. 11 Neptunus κναροχαίτης et Minerva γλαυκῶπις appellatur; hoc recurrit deor. dial. 8. Cp. 13. πῦρ ἀνακάνσας (η 13 ι 251) cf. de mort. Peregr. 29 v. 2. Cp. 14 citatur **Z** 150. Denique cp. 15 crinis Nisi iisdem verbis (πλόκαμος πορφυροῦς) commemoratur quibus de saltat. 41.

Haec hactenus. Quam paucae res ex Homero in libellum περὶ θντων translatae essent novae, quam multae perverse quamque innumerae ex Luciani operibus plane isdem verbis, ita ut libellum ex centonibus Lucianeis paene consutum esse iure ac merito possimus dicere, cum viderimus, eum a Luciano non abiudicare non poterimus. Erat enim Lucianus Homeri amator magisque erat in carminibus eius versatus, quam ut eum aut depravaret aut falsa ex

eo referret. Denique Lucianus non fuit tanta ingenii exilitate, ut sua ipsius verba transcriberet. Ceterum ex libro *περὶ θυσίῶν* cognoscere nobis licet, qui libri Lucianei creberrime tunc fuerint degustati, Iuppiter Tragoedus, Icaromenippus, dialogi deorum, alii.

Restat, ut, si quis dissertationem meam usque ad umbilicum revolverit, ab eo, ut veniam mihi det, petam, si quae a me omissa sunt, propter rerum tractandarum copiam. Ego quoque locos Homericos, ad quos respicit Lucianus, contuli „quanta potui assiduitate“, in qua gloriari nemini non licet.

---